

18

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

SISTENS :

3.

ANIMADVERSIONES

CIRCA

1785 1

FVNCTIONES SEXVALES
EARVMQVE MORBOS,

QVAM

AVCTORITATE ET CONSENSV

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESENTE

D. PHIL. ADOLPH. BOEHMERO,

FACVLTATIS MEDICAE SENIORE
ET h. t. DECANO. &c.

DIE XV. OCTOBR. MDCCCLXXXV.

H. L. Q. C.

DEFENDET

JOANNES CHRISTIANVS OELTZE
MAGDEBURGICVS.

HALAE,

TYPIS VIDVAE CVRTII.

ANIMADVERSIONES

TRANSLATIONES - SECUARIES

TERMINALIA MUSICA

ADDITIONES ET CORRIG.

GRADUARIA MUSICALIA

IN NOVI TYPIS RERUM

TRANSLATIONES - SECUARIES

TERMINALIA MUSICA

ADDITIONES ET CORRIG.

GRADUARIA MUSICALIA

IN NOVI TYPIS RERUM

TRANSLATIONES - SECUARIES

TERMINALIA MUSICA

ADDITIONES ET CORRIG.

GRADUARIA MUSICALIA

IN NOVI TYPIS RERUM

TRANSLATIONES - SECUARIES

TERMINALIA MUSICA

ADDITIONES ET CORRIG.

GRADUARIA MUSICALIA

IN NOVI TYPIS RERUM



H. F.

§. I.

Quae de functionibus sexus cognita habeant physiologi, quibus deinde nominibus haec illave, quae in illas functiones cadunt virtus, optime describenda pathologis veniant, quae causae horum morborum sint manifestae, haec et similia demum omnia recoquere minime molior. Vrgente vero hac scribendi necessitate, ne dicam quod solent, data occasione, aequum lectorem forte non dissentientem habebo, siquidem praecipios morbos sexuales, ut uno intuitu illos spectare licet, eorumque manifestas caussas brevissime delineando, subtiliores autem quasdam caussas paulo exactius investigando, negotium alii hujus loco forte suscipiens minus superfluum neque lectori benevolo omnino ingratum absolvvi posse statuam. Paucis itaque haec praestare in animo est, interpositis quibusdam animadversionibus; quas quidem quod rem obscuram illustrandam attingunt, ut benevolus lector in bonam

A 2

par-



partem accipiat, neque triti illius ac obsoleti dicti:
naturalia non esse turpia, obliviscatur, non est, quod
pluribus verbis explicare mihi sumam.

§. II.

Ante omnia vero tenendum erit hoc. De vero quo feminae concipiunt modo, de ipsis, quibus futuri hominis existentia primam suam originem deberit, viribus, nihil omnino constat certi. Quae de his constare dicunt egregie narrant; hinc etiam veri speciem praefere ferunt multa, certis tamen argumentis probari ea nequeunt. Nemo repugnat, nisi hypothesium forte autores, quos nimius jam tener fictorum propriorum amor. Quae primum mere probabilia auctoribus videbantur, saepius vero animo penitata et hoc illove argumento novo in dies illustrata sunt, ea certe ab iis tandem vere probata haberi, minime ab ingenio humano alienum est, neque in hunc errorem incidere difficilis. Omni vero preeconcepta opinione longe alieni id mihi lubenter dabunt: quae de generatione humana ut verissima constant, ea omnia non ipsam generationis naturam, sed buc facientes sistere conditiones. Quaecunque vere cognita et probata habemus, ea omnia sистunt generationis quaedam requisita; sистunt conditiones, sine quibus non contingit conceptio, ovuli in uterum descensus, foetus nutritio, atque nutriti et perfecti excretio. Sunt multa, non negaverim, eaque egregia, quorum naturae scrutatoribus circa functionem sexus debemus cognitionem. Referas hoc v. g. viarum seminalium

naliū structuram, seminis excretionem, prostatæ et vesicularum seminalium vsum, penis erectionis modum, ejaculationem spermatis et vires hic spectantes; hujus in vterum et tubas penetrationem, genitalium in sexu sequiori structuram, in specie vero ovulorum atque ovarii, hoc et illo graviditatis tempore variam foetus formam; actionem fimbriarum, ovuli descensum per tubas, adhaesionem ad vterum, placentæ et vasorum umbilicalium nexum et vsum, moram foetus in utero materno, nutritionem, denique partum. Haec et similia non omnino obscura sunt, qualia vero sunt? ad generationem nec non foetus nutritionem requisita.

§. III.

„Immo vero descriptas invenimus in multis physiologorum scriptis veras generationis vires, qui- „bus vel stamina prima praeformata evolvi, vel sta- „tim primas suas natales foetum petere docent, „Accedit, quod de genuina feminis virilis potentia, „eiusve inertia saepe sermonem instituant medici, „Vtrumque, quod hujus loci esse posset, objectum refu- tatur facilime. Hypotheses enim de laudatis viribus (dicere mallem de virium nominibus, magis enim haec quam istas descripta invenio) nobis multa tra- dunt probabilia, lectu jucunda, neque inutilia; ve- ritatem autem earum probari posse, ne hypothesisum quidem ipsis auctoribus, certe paucis, in mentem venisse omnes perspicient, quibus quidem ipsa aucto- rum scripta non vero commentatores aliosve censores

evol-

¶

evolvere placuerit. Quaeras ex viro auctore, quae
sint vires et quis agendi modus? quibus primordia
humana debeantur? si adsint stamina praeformata,
vnde veniant, et quomodo coitu praegresso evolvan-
tur? si vero his nulla habenda sit fides quibus
aliis viribus mirifica perficiatur humana structura?
Siquidem hisce quaestionebus omnino consentaneam
atque perfectam responsonem, veris argumentis su-
perinstruētam, vlibi invenire posse, manus darem
lubentissime vietas. Quod vero vim seminis attinet
specificam: nec de illa verissima cognita habemus.
Provocant ut bonum depingant virile semen, ad ju-
stum cohaesionis gradum, instar gelatinæ, damnan-
tes v. g. aquosum; laudant odorem specificum volati-
lem. An vero has feminis virtutes laudans veras
atque genuinas ipsas nobis communicavit vires, qui-
bus munis suis praefstandis par est, generationem
vere caussatur? putarem ego potius communicasse
virtutes *socias*, hoc est, non ipsas quibus bonum semen
generationem absolvit vires essentialies, sed alias his
socias. Loqui itaque jure poterunt de feminis iner-
tia; valebit conclusio ad absentiam vis essentialis a
defectu sanī cohaesionis gradus vel odoris specifici;
ideo nempe, quod haec forte et similia ipsam feminis
vim fideliter solent *comitari*; caveas vero ne saltum
in concludendo admittas, feminis genuinas vires inde
patere statuens, quibus vere sua munia propria absolvat
in peragendo generationis negotio. Est haec
longe alia quaestio, aliis certe argumentis dijudi-
canda.

§. IV.



§. IV.

Similia valent de statu explicando morboſo, ideoque dicta praemittenda eſſe putavi. In enumerandis functionum ſexualium morbis eorumque cauſis, vix aliud quid exſpectare licebit, quam quae tollant ad generationem requiſita. Sunt vero haec vitia maniſta minime obſcura, aut investigatu diſſicilis; viam v. g. ſemini virili praeludunt, ſecretionem propter teſtūm defectum, ſcirrhositatem etc. impediunt, et quae ſunt alia vitia organica. Fac vero, nullum omnino ad eſſe partium morbum organicum *ita maniſtum*, optime conſtitutas eſſe partes genitales exter nas aequae ac internas: nonne et aliae cauſae ſubtiliores, quae ad ipſas nobis obſcuras generationis vires laefas pertinent, impotentiam ad coitum foecundum inducere poſſent? Quis quaefo negaret? Ne- mo certe, niſi qui ſola ſeminis bene cohaerentis aliisque quae in ſenſus cadunt virtutibus imbuti prafen- tia, ſola partium genitalium ſexus vtriusque, quatenus illam anatomici cognitam hucvsque habent, na- turali ſtructura, ſolo pрагreſſo coitu et quas novi- mus hoc tempore inde natis mutationibus, omnem hominis ortum explicari poſſe, temere admitteret. Latent ſine dubio, quae operantur et accedentibus dictis cauſis occaſionalibus hominis potefſati ſubiectis in actum perducuntur, propriae vires. His vero lan- guentibus, vel omnino deficientibus, vel vario modo turbatis impotentiam habebis. v. g. ad *foecundum* coi- tum, nullo tamen dicto maniſto partium genitalium viro praigente. Et haec quidem muſto ſubtiliorem poſtulant diſquifitionem, quam quae vulgo de sterili-

tate



tate aliisve morbis tradere solent. Quomodo autem vires laeas dijudicabis, ipsa virium de quibus agitur, natura omnino obscura? Hinc itaque hujus obscuritatis facienda erat mentio, ne subtiliori dictae disquisitioni nimiam habeamus fidem.

§. V.

Nullam omnino hypothesin hucusque ab aucto-ribus inventam, qua quidem vires hominem vel formantes vel preeformatam ejus structuram evolentes explicare studuerunt, omnino explicationi sufficere, nullam veris et certissimis argumentis probari posse, non solum supra enunciavi, sed iterum enunciatum esse volo. Ne vero de iis, quae tot et tanti viri hac de re statuenda esse monuerunt, male sentire, atque hypothesisum, quem in rebus obscuris jure admittunt valorem, negligere videar: liceat circa primum momentum adjicere, omnes fere hypotheses veritates continere, immo novis detegendis simili fere ratione ansam praebuisse, qua qui aurum confidere studuerunt, optimas alias generi humano utilissimas veritates nobis communicasse videmus. Ita, qui primam cuiusvis hominis originem explicare suis commentitiis voluerunt, bene et vere illustrarunt, quomodo homo formatus in utero materno nutritur, evolvatur, sive ad mentem aliorum primum stamen hac illave accende occasione demum perficiatur, et sic porro. Dabo enim haec et plura, nemini vero ab altera parte concederem, vñquam ab illo auctore primam hominis originem et hujus rationem vere esse probatam.

Si

Si plurimas sequeris hac de re hypotheses, prima hominis structura instar *dei ex machina nati* tibi compareret; si alias, a virium mox graecis mox iatinis mox aliis quibusunque obscuris *denominationibus* primam hominis structuram perfici exspectare videris. Quod vero alterum attinet momentum, nimium hypothesium odium et probabilium in re obscura contemtum certe vitio mihi ipse maximo verterem. Quis quoefo ridiculam ageret philosophi strenuoi provinciam, omnia omnino alto supercilio despiciens, quae quidem syllogismorum catenam inire nequeunt? Si mere probabilibus aures suas degnarent mortales, superefferset, quod ad veritatem accederet, nihil omnino. Ad veritatem vix vnquam adspirare licet, quidni amplecti studeamus veri simile? Est certe huic propter solam similitudinem eximia dignitas. Ut vero omnem nimii *mere probabilium* odii suspicionem removeam, id optime praestare licebit, tot hypothesibus addendo novam. En itaque de generatione theoriam, quam vero nullam ob aliam caussam communicare cepi consilium, quam ut hujus illiusve auctoris gratiam reconciliare mibi queam, cui supra de hypothesibus in genere dicta, ideoque et suis commentitiis adversa, bilem forte moverunt. Quid enim de ceteris monui: minime certis argumentis, sed sensu magis, aliisve eorum nisi probabilitatem, eadem valebunt de iis quae adjiciam. Non omnino vero spernere poterit mere probabilia, qui quidem multis hypothesibus novas addere non dubitat.

§. VI.



§. VI.

Evolvat itaque §. septimam, hanc omnino negligendo benevolus lector, nisi ob dictam rationem hypothesis quam ipse certissimis argumentis evinci non posse, id vero cum aliis *commune babere* fassum, nihilominus vere adjacentem me videre placeat. Ut maxime displicebit *haec*, ita maxime *sua* placebit ideoque redibit in gratiam. Communicabo vero, ne sensum male interpretari veniat periculum ipsa auctoris verba, a) cuius quidem manuscripta habent haec:

1. „Erzeugung des Menschen ist ein sonderbares Wort. Bevor man wissen will, *wie* er erzeugt werde, frage man ja, *ob* er erzeugt werde?,,

2. „Wer irgend eine physische Kraft als die Grundursach der ersten allmählich dadurch werdenden Menschenbildung sich erträumt, den übergeb ich der Lehre eines guten Zergliederers und Physiologen. Kömt er zurück, und kann er sich noch so unendlich manichfaltig

a) *Fuisse tempora, me non fugit, ubi non ipsae investigandae veritates sed auctorum potius nomina curae cordique fuerunt, neminem autem fore, spero, qui quidem de nostris temporibus ita male sentiat.* Itidem narrant: aliorum veritates saepe auctores suas mentiri et acriter vindicare. Illos vero propriis inventis sua nomina denegasse aliorumque substituenda concepisse, quis quaeſo narraret, quin fabulam omnes haberent? Nec igitur similem fabulam mei respectu refutandi minima urgebit necessitas.

tige, zusammengesetzte, künstliche Gebäude, als die menschlichen Körper, besonders *ihren feinsten Organen nach*, sind, wo kein Theil ohne besondern Zweck so, und nicht anders gebildet ist, als von Grandaus erst entstehende Wirkungen irgend einer physischen, immer doch nur auf eine Art wirkenden, keines Zweckes sich bewussten, und wie man annimmt, bey gewissen körperlichen Bewegungen der Eltern gerade thätigen Kraft gedenken: so rath ich ihm wenigstens, auf alles weitere Nachforschen Verzicht zu thun. Sicher, mit Kräften, die *also* würken sollen, muss sich weiter kein menschlicher Verstand befassen. Mir hingegen, wie vielleicht jedem Unbefangenen, *ist erste ursprüngliche den wesentlichsten Theilen nach vorbergebildete menschliche Grundbildung* gewiss, und nur in so fern ist es erlaubt, das Nachdenken mit einiger Hoffnung fortzusetzen. „ (s. N. 6.)

3. „Woher also diese Grundbildung? Unter allen Hypothesen kommt vielleicht die von Leevenhoeck der Wahrheit am nächsten. Schwierigkeiten treffen sie wie jede. Sie widerlegende Einwürfe nimt man aus folgendem Umstand her. Entweder der Saamen oder die weibliche Feuchtigkeit im Innern des Eyes u. s. w. ernährt jene so berüchtigten Saamenthierchen. Im ersten Falle würden sie sich von selbst im männlichen, oder im zweiten Falle im weiblichen Körper entwickeln können. Letztern

Ein-



Einwurf pflegte man ehedem scherweise vorzutragen, und doch versucht man umsonst ihn wegzuräumen, falls jene Thiere aus der Luft in den Menschen dringen, und die menschlichen Grundstoffe wirklich ausmachen sollten.,,

4. „Nichts ist bey jeder ähnlichen Untersuchung dem Menschen nöthiger als folgende Erinnerung. Schlechterdings darf der Mensch, falls er von Naturveränderungen im Kleinen urtheilen will, denjenigen Maassstab nicht überall anwenden wollen, der ihm, nach Angabe gerade seiner Sinne und seiner bisherigen Erfahrungen darüber natürlich geworden, folglich gerade so beschaffen ist, daß er die kleinsten Größen immer nur in Beziehung auf die menschlichen Erfahrungen angiebt. Kein Mensch kann diese ihm natürliche Geneigtheit zu einer gewissen Art von Irrthümern einigermaßen ablegen lernen, wenn er sich nicht eine Zeitlang mit microscopischen Versuchen, oder der Betrachtung der sonst unglaublichen microcosmischen Naturveränderungen ernstlich beschäftigt hat. Dergleichen Veränderungen gehen vorzüglich, wie der Naturkundige zugiebt, jeden Augenblick in dem unendlichen Luftraum vor, der überhaupt eine weit grösitere Rolle in der Natur spielt, als die Menschen gemeinhin vermuthen.,,

5. „Personen, die sich durch die angegebenen, oder durch anderweitige Hülfsmittel über die

die gemeinen Urtheile von Größen hinausgeserzt haben, werden folgende Vorstellungssart, von den ersten menschlichen Grundbildungen, mit ganz andern Augen ansehen, als jeder andere. So wie uns in der Natur schon unsere groben Sinne wirkliche Beyspiele von zweifachen Thieren geben, wo das eine enthaltene sich nach der Zerstörung des andern entwickelt, so sind auf eine ähnliche Art mehrmals zusammengesetzte thierische Grundbildungen in dem Ocean der Luft durch die ganze Natur verteilt. Bestimmte in der Zusammensetzung vorhandene Thiere, z. B. die dreyfachen, tödtet guter menschlicher Saamen; es entwickelt sich das zweyfache Thier, dessen Tod in dem Innern des weiblichen Eyes, wohin ihm guter Saamen den Weg bahnt, zu der Entwicklung des zunächst folgenden menschlichen Gelegenheit gibt.

6. Es würde aber auch gar keinen Widerspruch enthalten, wenn man diesen Gedanken ausdehnen, und noch zu mehreren mahlen *zusammengesetzte thierische Grundbildungen* für jedes, in der Composition aber vorhandene Thier *einen genau bestimmten Entwickelungsstoff in der Natur* denken würde. Jedes uns in die Sinne deutlich fallende Thier hat in seinem guten Saamen einen solchen bestimmten Bezug auf diesen oder jenen in der *Zusammensetzung* vorhandenen thierischen Keim, zugleich aber auch *physische Kräfte*, die diese erste



erste Grundlage nicht nur mannigfaltig abändern können, sondern auch die groben Zusätze liefern müssen. Waere demnach die allmähliche Entwickelung thierischer Geschöpfe, und was mehr als alles ist, die genau bestimmte Verschiedenheit der Thiere nicht überaus begreiflich? „

7. „Man setze aber auch das letztere bey Seite, und bleibe nur bey jener drey- oder vierfachen Zusammensetzung in Rücksicht des Menschen stehen: würde diese Vorstellung art Glauben verdienen? Dass sie die obigen und viel mehrere Schwierigkeiten, welche alle übrige Hypothesen zurücklassen, wirklich habe, findet man beym Nachdenken mit Gewissheit. Wer drey- oder vierfache Zusammensetzungen bedenklich fande, dürfte sich nur der Zeit erinnern, wo man Billionen an einem Orte in einander geschachtele Praeformationen mit Ruhm vertheidigte; und wenn ihm diese Vergleichung nicht mehreres zum Vortheil für das Gefragte liefern sollte, die Natur selbst mit groben Sinnen befragen, folglich Beispiele solcher Thiere wirklich auffinden. Nicht aber blos diese und andere Gründe, sondern vorzüglich der Umstand scheint mir den Auschlag zu geben: dass gerade mit jener Vorstellung art folgende Ideen einzig übereinstimmen. Zu den wesentlichsten Theilen, deren Daseyn am allermengsten das Product einer physischen Kraft seyn kann, gehört die körperliche Anlage zur Verbindung

dung der thierischen Seele. Schon nach diesem einzigen wohdurchdachten Grunde müste man, meinem Bedürfnick nach, gerade in *solchen* Erzeugungstheorien Wahrheit muthmassen, die bey der Angabe eines Grundstoffs nicht den Grundstoff zu einer Maschine, sondern *wahrschafft thierischen* Grundstoff begreiflicher machen. Eben das *Thierische* ist gerade *das*, was zusammenstzende erzeugende physische Krafte in alle Ewigkeit nimmermehr vollenden. Ein solches *Etwas* muß schlechterdings in einer gesunden Erzeugungstheorie in Rücksicht der *thierischen* Geschöpfe als vorher gegenwärtig und den groben Zusatz erwartend gedacht werden.— Mehrere von jenen zusammengesetzten organischen Keimen sind und werden physische Wirkungskreise für *eine und dieselbe thierische* Seele. Man würde noch *weit mehr* als eine bloße Vergleichung treffen, wenn man sie eben so viel Lehrbücher der Schöpfung Gottes für *eine thierische* Seele nennen wollte. Bey dem, was wir den Tod nennen, last der Schöpfer eins dieser Lehrbücher fuer eben diese thierische Seele zufallen, um ihr das folgende für sie bestimmte zu eröffnen. Uebrigens hüte man sich die Fortpflanzungsart, *die in einem* Naturreiche bemerkt wird, als nothwendig in jedem andern deshalb geltende anzunehmen. Gerade etwas, was bey den Schlüssen der altern und neuern Aerzte zum Grunde liegt. „

§. VII.

§. VII.

Jam functionum sexualium praecipuos morbos brevissime illustrare liceat, nomina tamen, quorum indagationem aliis relinquo, neque sollicite inquirendo, neque causas vulgo cognitas fusius describendo. Dicam primum de viris, postea de feminis. Quo quidem tempore coeundi libido viris veniat secundum naturam, haec et similia sanum hominis statum spectantia sunt notissima. Est itaque primum omnino praeter naturam, siquidem justo tempore aliis praesentibus quae requiruntur conditionibus, deficiat coeundi libido vel nimis languet. Dicitur libidinis defectus, vel languor praeter naturam, Agenesia.

§. VIII.

Habeamus Agenesiam vel spuriam vel veram. Quid sit, quod hanc divisionem ponendam esse velim, utriusque causis enumeratis, nemo non perspiciet. Spuriam inducunt: genitalium defectus (v. infra §. XXI.); animi quedam pathemata, et intentiones in res alienas, eruditorum saepe exemplo; omnia quae vel dolorificum vel minus gratum contum redditum v. g. calculi vesicales, partes genitales, foedo et turpi malo vel laborantes, vel propter structuram potius dolores quam voluptatem praebentes; satietas; venus solitaria quamvis viribus nondum fractis; (alias enim veram haberes agenesiam) denique simili omnino ratione commasculatio. b)

§. IX.

b) Graecis hanc aequa ac postea Romanis in usu fuisse notissimum est. Liceat conjecturam valde probabilem circa causas



§. IX.

Dicta libido caussis debetur naturalibus. His laesis, oritur vera *Agenesia*. Sunt vero, semenis copia, et vis irritandi, ne dicam acrimonia. Turget semen, ut more veterum loquar, et ad molem et ad motum. Seminis itaque inopiam, vel laesam partium constitutivarum conditionem, quae vim irritandi sociam haber, nervorumque, quae in vicinitate sunt, vel systematis nervosi insensibilitatem, *Agenesiae* caussas jure spectabiles. His vero multa et favent, et ansam praebent. Sequi plerumque coitum nimis frequenter celebratum, nemo quidem inficias ibit, sunt tamen, quae hoc referenda sint, multa alia. Exempla praebent, quibus languet secretio semenis, propter sanguinis nimias evacuationes; coctio, propter alimenta dyspepta; sanguinis motus, propter refrigerantia, nitroso; vis denique vitalis, propter muscularum voluntarium motum defatigantem, venena, metaftasim.

§. X.

caussas hoc loco adjicere. Nonne, ut alia cognita mittam, huic libidinis penes Graecos et Romanos originem atque frequentiam bene explicares respiciendo *primum* ad vestrum in sexu utroque summi similitudinem, elegantiam, omnesque ceteras cognitas conditions? *tum* ad virae vivendi genus, quo quidem sit, ut ipsi juvenes effeminati femininarum corpora libidinosis referant; similia praefest? *denique* ad ipsum acutissimum pulchri sensum? Removere, quae, foedam quid referendo, voluptati particularum minimam destrahere possent, ab hoc sensu non erat alienum.

B

§. X.

Est huic oppositum vitium in viris, quod *Saccharitatis* nomine insignire consueverunt. Quae vero sint auctae praeter naturam cœundi libidinis symptomata, non est, quod pluribus adjiciam, quippe quae facilima conjectura omnes affequi poterunt. Vertitur tamen malum, quod in principio ipsa natura vincere studet, in veram eamque graviorem quandoque aegritudinem. Accedit hoc, vel causa præfente morbifica, naturae viribus plane non superanda, vel impedimentis naturae criticis conaminibus adversis, et ipso aegrotantis studio oblatis. Ita v. g. pollutionibus nocturnis omni cura et studio resistere, et sensum libidinis violenta ratione obtundere quosdam studuisse, observatum est. Nec vero impune haec moluantur. His enim similibusve aegrotantibus yasa quandoque intumescunt seminalia; vexantur doloribus arque spasmis, reliquas partes subinde afficienibus; et denique in ipsis quandoque viris delirium oborum est, erotomaniae aliove nomine solempne. Signa hujus insaniae longae non solum e vitae regmine praegresso, habita simul ad animum ratione, peri debent; sed ad excretorum simul odorem specificum seminalem, quandoque conspicuum, nec non ad ideas lascivas corumque symptomata respiciendum est. Tandem non raro malum importentiam ad coitum relinquit; vel huic ansam praebet, *hoc* nempe ob seminis ejaculationem praecocem, illud vero, cum abstinentia olim nimia, nunc in oppositam forte degeneraverit stultitiam, atque ineptam vivendi conuetudinem.— Sunt etiam alii praeter naturam salaces,

qui-

1 Sa-
vero
mp-
quae
Verti-
tura
quan-
prae-
unda,
persis,
ollu-
, et
dam
haec
vafa
lori-
enti-
tum
anne.
egi-
one,
eci-
non
ien-
ad
em-
ero,
orte
on-
ces,
qui-

quibus, quamvis ceteroquin male fese non habeant, nulla tamen prope est in coitu satietas. Hinc, siquidem conjugem in matrimonium ducant, non eodem morbo aut vitio laborantem, salva hujus sanitate, eacum vivere atque officia conjugalia postulare nequeunt. Hinc itaque ego *banc* salacitatem haberem rarissimam, praesentem vero *veram* pro re nata vel separationis vel divorii caussam. c)

§. XI.

Salacitatem primum inducunt: quae caussis Agenesiae dictis ex adverso respondent; hinc semi-
nis abundantia ejusve irritandi vis praeter naturam

B 2

ad-

c) Conferat qui feminarum querelas, hac de re coram judi-
ce habitas, legere cupit, Veit, Riedlin, Lin. medic. 1697.
Ostob. Obser. 27. p. 812. In hoc vero casu iudex mi-
seras conjugi preces non exaudivit, nullam enim feminam
coitu conjugali vnguam perisse, respondit. Ut vero ae-
quum judicem audias in simili casu, vid. Cel. Pyl Aufzæze
und Beobacht. zur gerichtl. Arzn. wiss. Samml. 3. p. 140.
nec non Ejusd. Magaz. für die gerichtliche Arzneykunde
und medic. Policey 1. B p. 251. 1785. p. 244. Ipse,
femina iidem miseris obnoxiam vidisse, sancte testor.
Olim vigentem sanitatem in dies magis magisque defle-
ctere vidi, et tot animi pathematis mos certe confecta
fuisse, nisi ob alia mariti sceleris impetrasset divorrium.
Habenda est sanitatis (hinc feminae v. g. sensibilitatis) ra-
rio in casu quounque similis. Jam vero hoc sanitatis
periculo, non solum propriet coitum nimis frequentem, sed
multo potius propriet morbum mariti plerumque adjun-
ctum, hoc loco adjuncta denique sceleris alia, medico lu-
ce clarius conspicuo: quidni deceret et hac in re huma-
nas lenire miserias, atque severam medicinam forensem
magis magisque humanitati accommodare?



adaucta Acrimoniam status certe morbosus admittit. Morbis itaque salacitatis symptoma supervenire solet, qui humorum acrimoniam vel caussam agnoscunt, vel quod saepius valet, ut morbi effectum, habent adjunctam. Hinc v. g. ad chronicas cutis deturpationes exanthematicas, scorbutum atque luem venereum accedit. Favent: coitus saepissime celebratus; plethora, calida, spirituosa, nutrientia; partium structura singularis nimiam secretionem promovens, vel congenita vel acquisita. Accedunt vero deinde quaecunque partium genitalium irritamenta insolita, fortiora. Mox idiopathicam partium affectionem causantur, mox propter consensum genitalia vim patiuntur. Praebent exempla medicamenta aphrodisiaca, clysmata atque purgantia fortiora (quidni simili ratione sordes quibus scatent viscera abdominalia ac intestina?) vrinae retentio, vesicae vrinariae spasmus atque inflammatio; calculi vesicae et renum, similia. Tertio vero loco nervorum vitia ponenda veniunt. Non vero solam sensilitatem accusarem. Favet haec, ut alia taceam, quod dicta irritamenta (non neglectis forte primarum viarum sordibus) sistema nervorum misifice turbant, et in motus rapiunt violentos. Hypochondriaci sicut exemplum, saepissime salaces. Orta enim illa nervorum conditione, facile omnes instinctus naturales limites excedere videntur, manifesto et simili ciborum appetentiae exemplo, non satiatae syncopen haud difficulter inducentis. Nec tamen vitia nervorum, forte alia obscura ratione idem omnino praestare posse, negaverim. Ita verbi divini minister post superatam apoplexiā tantu cor�tus est salacitate, ut diem noctemque conjugem mittere non potuerit

tuerit (Bierling thesaur. theor. pract. P. II.) In sananda tamen hac libidinis vehementia, ut in omni appetitu, desiderio, animi pathemate, erit habenda ratio ipsius animi. Quamvis enim fuisse me non fugiat, qui quidem, omnibus remediis frustra in auxilium vocatis, ipsam denique postulaverint castrationem; (Timaei a Gueldenklee Cas. med. II^o, 52, Op. p. I. i. p. 176.) alii tamen, proprio studio libidini indulgentes, malum mirifice adaugent.

§. XII.

Tumet in satyriasi penis cum sensu libidinis. Priapismus, sive tentigo, doloris potius atque tensio-
nis admodum molestae sensum socium habet. Per-
tinent itaque ad salacitatis phaenomena, et dijudicantur
ex iis, quae circa hanc exposuimus. Similis penis
affectio, manifesto sanitatis periculo non quidem stipata,
digna tamen videtur, cuius faciam mentionem. Iis
quandoque evenire solet, qui tempore nocturno,
postquam lectum petierunt, ideis venereis nimium
indulgendo, deinde dormientes, per totam fere noctem
errectionem penis molestam propter ideas obscuras
patiuntur. Nullo itaque recreantur profundo ac vero
soinno, sed matutino tempore dolores penis, lassitudi-
nem, atque capitis et sensuum obnubilationem toto
die sequenti quandoque experientur. Qui sanitati
bene consulunt juvenes, caveant, ne ita in somnum
ferantur. Sunt qui de periculosa priapismi specie
verba faciant, intra septem dies lethali. Nimio frigore
induci dicitur. Ceterum tamen minime peculiarem

aegri-



aegritudinem sed symptoma haberem, morbis aliis spasticis, v. g. hydrophobiae accedens, hinc in ipsis moribundis quandoque conspicuum.

§. XIII.

Notatu dignissima est tertia quaedam conditio, cuius respectu cœundi appetitiam a statu sano quandoque aberrare, mihi persuasum habeo. Est quandoque citius conspicua, in primisque in sexu sequiori, quam quidem sanitatis leges concederent. Tempus aetatis, quo primum apparet secundum naturam, differt pro varietate coeli, partiumque corporis congenita fabrica. Haec neminem fugiunt, neque incognita sunt exempla conceptionis anno aetatis nono; mensium anno septimo, sexto, primo; adulterii anno aetatis centesimo decimo tertio. Haec vero omnia mitto, statuens: rarissima esse exempla, quibusdam et dubia moveri posse, esse tamen libidinis infelitis annis conspicuae exempla quamvis rara nec solita, magis tamen ab ipsa natura profecta, ideoque ad statum morbosum vix et ne vix quidem referenda. Ab altera vero parte monendum erit, siquidem *arte*, quod vere contingit in humanarum rerum natura, justo citius dictam libidinem provocare studeant, ita provocatam et justo citius vigentem, multa nervorum mala vere posse inducere. Continentur itaque haec sub latitudine status morbos. Videat vero, qui de his dubitaret, exempla magnarum urbium nostris temporibus facilime observabilia. En perveroram atque pestiferam educandi rationem! Puerum mater,

quem

quem in deliciis habet, in gremio tenet; genas osculis, animum historiis, ventriculum calidis, et ita singulas partes singulis irritantibus atque debilitantibus impugnat. Tum pueros effoeminatos et morbis incongruis corripi videmus. Capiant matres conceptionis vel graviditatis tempore turpe consilium, sed mittant, pueru nato. Quid enim turpius quam puerum natum, repugnante natura facere puellam? Multo magis tamen damnanda venit circa *puellarnm* educationem consuetudo supra laudata. Quibus vero artificiis justo citius dictam libidinem incendant, potius silentio praeterire liceat. Est certe difficile satyram non scribere. Addam potius circa mali diagnosin tenendum esse: pubertatis symptomatibus deficientibus, caussis vero, quae arte iusto citius cœundi appetentiam provocare valent, praegressis, malum adesse, aliis insuper manifestis symptomatibus conspicuum. Est denique certissimum, sanitatem inde mirifice perturbari. Res est explicatu longe facilima, revocet autem praeter haec benevolus Lector majorum exempla, volo germanorum, in memoriam. Minime se a re venerea nimis abstinuisse, maximam potius voluptatem in stupro violento admodum frequenter quæcivisse, bene constat; (neque a gente sana atque forti id erat alienum) ab altera vero parte primis multis aetatis annis, viri vel ad trigesimum, feminæ vel ad vigesimum quartum annum, ita sanctam observarunt abstinentiam, ut hac omnino salva balneis simul vsum fuisse vtrumque sexum, aut alia pericula ætate provectioni quandoque subiisse, legamus. d)

Ita

d) Conf. Gottfr. Schütze Schutzschrift für die Keuschheit un-



Ita sequamur naturam, vt suadente ipsa natura vere
praestare liceat (vt alias abusive dicere solent) no-
stra praestanda.

§. XIV.

Partium deinde in viris genitalium multifaria sunt
vitia. Hoc vel illo modo generationi adversa sunt,
ideoque *bujus respectu* breviter recensenda sunt pluri-
ma, vt in describenda ad coitum varia impotentia, ad
haec provocare, hinc brevitati studere liceat. Sistit
erectio penis necessarium ad generationis actum re-
quisitum. *Frigiditas maris*, eam vel omnino des-
cere, ponit, vt vere dici queat;

— jacet exiguus cum ramice nervus
et quamvis tota palpetur nocte, jacebit,

vel certe difficulter obtineri, vt multis artificiis ere-
ctus, nimis cito tamen priorem statum adipiscatur,
quam quod munia sua absolvere queat. Sanationem
admittit rarissime, hinc justa habita est caussa divortii.
(conf. Zachiae Quaest medic. legal. Lib. 9. Tit. 9.
Quaest. 2. Alberti Jurisprudent. medic. T. I. P. I.
C. 2. et P. II. Caf. 1. Halleri Vorlesung. über die
gerichtl Arzneywiss. Bern. 1782. B. I. C. 2. S. 248.
252.) Penis ipse longitudine, crassitie, numero pec-
cat.

unferer Vorfahren. XIV. Ejusd. Lehrbegriff der alten
Teutschen von dem Zustand der Seelen nach dem Tode.
Ejusd. Lobeschrift der Weiber der alten Teutsch. und nor-
dischen Völker, Hamb. 1776. vbi passim ad alia testimo-
nia telegaris haec illustrantia,

cat. Impotentiam caussari potest brevitas duos pollenes non excedens, siquidem tenuitatem nimiam, longitudo vero nimia, siquidem crassitatem adjunctam habeat. (Flatum vero in inteftinis accumulatio non solum penis brevitatem, sed spasmis alias etiam circa penem affectus inducere valet). Penis defectus debetur operationibus et morbis praegressis; hunc vero et numerum insolitum v. g. duplicem (v. Cohen, Abhandlung von Stein. Halle 1774 et App. Niemann) generationi obstat, non est quod moneam. Eadem quandoque praefstant: praeternaturalis penis obliquitas, situs penis perversus ut in monstris; imperforatio. (V. Andr. Bonn über eine seltne und widernatürliche Beschaffenheit der Harnblase und der Geburtstheile eines zwölfjährigen Knaben, Strasb. 1782.) Est etiam urethrae orificium nimis alto loco subinde collocatum, (Hypospadias dicitur quibusdam) vel alio loco incongruo. Hermaphrodite plerumque nec potioris, nec sequioris sexus partes genitales perfectas habent; (v. Heuermann Bemerkung und Untersuchungen aus der ausübenden Arzneiwissenschaft B. II.) ideoque pro structurae varietate in his et aliis facile docet inspectio, quomodo ad generationis actum sint comparatae. Phimosis praeputii affectionem sifit, denudationem glandis non concedentis. Ad generationem itaque ejus ratio manifesta est. Ita facillime quoque dijudicatur paraphimosis, quae quidem praeputii fistit affectionem, denudatum glandem constringentis. Nimis longi praeputii molestiae, calidis praecipue regionibus solempnes, graves sunt, ideoque circumcisioni vere ansam praebuerunt. Nec enim



enim ego cl. Ackermannum audiendum esse statuerem morborum quorundam prophylaxin circumcisione obtineri posse, ideoque institutam hanc fuisse, negantem. (v. Ejusd. Material. zur Gottesgelahrt. und Religion. Gera 1784. Blumenb. medic. Biblioth. 1. B. 3. St. p. 486. Beiträge zur Pastoralmedic. Hall. 1785.)

§. XV.

Plurimos morbos arte ut ita dicam humana fieri, observare mihi videor. Sunt pauci, quos ex ipso naturae humanae instituto solo promanare dicere posses, v. g. marasminum senilem. Idem omnino circa virtutia atque morbos partium genitalium valere, videbimus. Praeputii itaque, de quibus ultimo loco locutus sum, conditiones morboſae plurimae superflunt, sola arte humana profectae. Pertinent huc sic dicti circumcisi; recutiti; infibulati. Ut morbos quosdam arcerent (v. §. XIV.) praeputii circumcisio nem vere instituerunt (conferas etiam *Thevenot* in Itinerario de Arabum infantibus narrantem) Turpitudinem, ut videbatur, membra virilis hinc productam, alii singulari operatione tollere studuerunt, ac ita quantum fieri poterat restitutos in integrum homines vocarunt recutitos. (Gallis paraphimosis dicta est naturalis, leupodermos Hippocrati.) Infibulationis nomen pluribus operationibus impositum esse video (v. §. seq.). Quam vero hoc loco attingere volui, videoas in operibus, quibus titulus est: les Oeuvres de maître françois *Thevenin* Paris 1658.

Is

Is vero vnam descripsit methodum; habebis tres apud celeberr. Pauw. (Recherches philosoph. sur les Americ. T. II, p. m. 151.) Addit Celeb. Auctor de optima methodo: „Cest un horrible reste „de barbarie„ liceat vero breve adjicere nostrum judicium: Operationis scopus esse posset egregius, methodus mala. Quid vero, nonne idem omnino quondam dicere potuisses de singula quacunque chirurgorum operatione? mitto vero hanc, quae me deduceret a proposita via, meditationem, quamvis nostris temporibus non levioris momenti esse mihi videatur. Omnes vero has praepurii affectiones generationi impedimenta sistere bene superanda, facile intelliguntur.

§. XVI.

Vix est, quod moneam, morbos, quibus omnes patent Corporis humani partes, genitalia quandoque afficere. Mitto itaque multa v. g. vlcera, vulnera et quae sunt alia ejusdem conditionis. Gonorrhoea primo stadio salacitatem efficit, morbi autem ceteri venerei, has illasve partes v. g. destruendo, impotentiam ad venerem relinquere poterunt. Constituit tres hujus impotentiae species celebr. Astruc, quas vero in praestantissimo ejus libro de morbis venereis evolvendas relinquio. Loquitur etiam de vrethrae excrecentiis et exulcerationibus, recentioribus forte ridiculis. Eas tamen *quandoque* contingere posse, nullo jure negabunt. Scroti conditions ad generationem minus pertinent. Bono tamen omine videamus scrotum breve, strictum, rugosum; malo, flacidum



cidum, longum, relaxatum. Nobilissimas autem genitalium partes vasa semenifera, testes, epididymides absolvunt. Corripiuntur multis morbis, quibus turbatur vel semenis secrecio, vel ejus ad vesiculos seminales transitus, vel denique ejaculatio. Referas hoc partium dictarum indurationes, nimiam parvitatem, vesicularum seminalium et prostatae similia topica vitia. Plurimas tamen generationi adversas harum partium conditiones, iterum humana eaque cruenta manu perfici videmus. Vnum testem ita e medio tollunt (vt habeant Spadones) comprimunt testes (vt habeant Thlasios) vel utrumque demum exscindunt. Vtriusque testiculi defectus impotentiam ad foecundum, non vero ad ipsum coitum caussatur; (cujus rei exempla non est quod studeamus veterum testimonii probare, cum et nostra aetate similia observari audiamus) salvo autem alterutro sit generatio. Ligarunt etiam funiculum spermaticum; fuit in usu apud Romanos, eodemque infibulationis nomine operationem insignierunt (v. §. antec.). Huic vero infibulationis speciei minime egregium sed nefarium scopum tribuendum esse, omnes consentient. Factum est in aurium gratiam, quas quidem, sensilitate aliena laborantes alieno more titillare voluerunt. Id vero impetrarunt, destruendo aliorum partes sanas nobilissimas; conservando suas morbosas. Inde vero impotentiam absolutam factam non esse, facile dabis feminarum studio atque dexteritati, qua ligaturam solvendi artem bene exercuisse prodit Juvenalis (Satyr. VI. p. 69—74.) Cui vero natura tres dedidit testiculos, triorchis dicitur. Alii vel tretorchides, quin pen-

pentorchides et sic porro observasse contendunt. Plurimos certe indurationibus aliis tumoribus deceptos esse, iure admittunt. Triorchidum tamen exempla certa habemus. Philippo magnanimo hinc alteram conjugem sociam M. Lutherus concessit. Hoc exemplo fretus, tertii testiculi rationem ad sexus functionem facile quis erui posse, forte putaret; memorem tamen esse velim aliarum observationum de abundantia hujus illiusque partis, functionem ideo vix promoventis, de defectu partis v. g. renis, alio contra majori, denique de naturali testium numero, et saepe adjuncta salacitate. Pessime tamen mentem meam intelligeret, qui ideo in simili casu alteram conjugem denegandam esse, meam haberet opinionem. Vnum testem potentiam maximam testari posse, facile intelligo. Denique testiculos septimo graviditatis mense, scrotum petere solere, notissimum est. Remanent quibusdam (cryptorchides vocantur) salva generandi potentia.

§. XVII.

Tum vero ipsa quandoque semenis ejaculatio a sanitatis legibus recedit. Est dolorifica vel difficulter succedit. Dyspermatismus dicitur. Quae ischuriarum vel dysuriarum efficiunt, ea plurima huc referenda veniunt. Est subinde praecox semenis excretionis, ut in salacibus; nunc gonorrhoea, aut morbo venereo alio diu tentatis. Quasdam ischuria caussas semenis excretionem quandoque omnino impediunt posse,



posse, partium docet structura. Praeter haec autem seminis excretioni lex sanitatis praescripta est, quam ideo singulari commemorare licet; ut, quae secundum naturam est, exceptionis faciam mentionem. Est seminis excretio actio voluntaria. Ita sanitatis leges praecipiunt; admittunt vero, quod ego moneo, exceptionem minime praeter naturalem dicendam. Juveni vere sano, et omnium circa hanc excretionem peccatorum omnino experti, pubertatis tempore, certis periodis tertia plerumque vel quarta hebdomade, nocte contingit seminis evacuatio, somnio saepe admodum obscurio socio. Vix somni quandoque memor est. Tantum vero abest, ut hoc ad sanitatem pertinere negare tibi licet, ut potius cum fluxu menstruo comparare queas. Inde differt, quod dictum sanitatis phaenomenon, voluntaria quaunque seminis excretione saepius instituta, mox rite comparere desinat, ideoque natura ab hac maxime naturali excretione facilissime desuetat; arte turbata, mox a bono tramite deflectat. Ceterum vero cum fluxu menstruo optime comparari posse mihi viderur. Tempore pubertatis menses appropinquant; fluunt semel per mensem; fit mulier gravida, et cessant. Ita juvenis, omnino naturam sequens, tempore pubertatis dictas nocturnas experitur seminis evacuationes; contingunt circiter semel per mensem; matrimonium init, et dictae evacuationes cessant. Utinam hunc sanctum velimus esse naturae ordinem.

§. XVIII.



§. XVIII.

Jam vero, si ab his discedas, involuntariae se-
minis evacuationes sensu libidinis stipatae *pollutiones*
audiunt, ad statum morbosum referenda. Non est,
quod fusius exponam cognitam pollutionum historiam
cum id praecipue mihi sumam, vt horum omnium
morborum ad ipsam generationem pateat ratio. Ad-
modum frequentes, nocturnas dormiente omnino
inscio fluentes; diurnas (confer. Wichmann de pol-
lutione diurna 1781); a cauiss gravioribus profectas;
demum neglectas, graviora etiam sequuntur mala.
Congruunt haec cum iis, quae manufiltrationem sae-
pe admissam sequuntur. Delineavit haec Celeberr.
Tissot, varia tamen, quorum singula aut plura in
aegrotantibus occurunt, symptomata atque morbos
amplectens, vt picturam mali habeamus a nefaria
ista consuetudine deterrentem. Causae salacitatis
optimam hoc loco largiuntur applicationem. Circa
sanationem morborum inde prosectorum id unum ta-
men animadvertere, non habeo superfluum. Obser-
vasse mihi videor, non impune nunc saepius in fa-
nando hoc malo graviori, debilitatem nervorum
vnicam et primam habere causam sanandam, negli-
gere vero, quae sananda veniunt alia, imprimisque
fibras corporis, vt ita dicam, admodum siccas, atque
acrimonias quibus saepe ita enervata corpora scatere,
compertum est. Hinc male semper in medendo
initium faciunt balneis frigidis, roborantibus fixis,
maritalibus, chinatis et sic porro. Usus vero tepidi
balnei quandoque praemittendi, diluentium, kni-
ter

ter abstergentium, et bene successiva horum similiumque in methodum medendi roborantem conversio, dici vix potest, quantam aegrotantibus salutem afferre soleat. Est haec in medendo observanda regula minime nova (confer. der in den übeln Folgen der Selbstbefleckung sicher rathende Arzt. Leipzig bey Heinrius 1769.); cum vero illam negligi, observatam autem veram salutem atrulisse, videre mihi contigerit, horum meminisse juvabit. e) Inter pessimas vero et ultimas veneris solitariae sequelas eminent animi miserrimae affectiones, imagines animo die nocteque obversantes. His enim obtinetur, ut mens lasciva nervos jam debiles iterum iterumque stimulando in propriam perniciem ruere dura quadam cogatur necessitate. (Vid. Versuch

e) Juvat praeterea diaeta tenuis et methodus antiphlogistica, praesertim Cremor Tartari et Nitrum. — Neque ex observationibus III. PRAESIDIS camphorata sunt rejicienda; si nimicum camphora linteo involuta et nudo corpori circa regiones inguinales applicata, hisce in locis diurno et nocturno tempore per aliquot menses detineatur. Neque recedimus plane ab illis, quae Clar. D. D. ERNESTUS FRIDERICUS STRUVE in Dissertatione sua inaugurali medica, de ovorum gallinaceorum usu medico, docte elaborata, §. XXXIV. pag. 39 adnotavit. Nimirum inquit, ad pollutiones nocturnas aliasque involuntarias evasions, in aetatis flore constitutis juvenibus persaepe molestas, et frustra hinc illincve remedia quaerentibus, colubendas, praefrantifino est effectu, si albumine ovi cum oleo quodam expreso mixto, partes genitales et perinaeum inungantur. Inde muculi penis eructores, accelerato virinas etc multum de vi suz agendi amittunt, idque quidem ob emollientem et relaxantem hujus remedii effectum.

sich über die Vertilgung der Unkeuschheit von
Bährens. Halle 1785.)

§. XIX.

Ipsa vero vel primaria sexus functio generandi potentia absolvitur. Sistunt aliae sic dictae functiones sexuales hujus requisita. De his dixi, ut nunc pateat illa. Laesa hujus potentiae nomina mitto. Est, quod in illam cadit, vitium triplex, quod dicam. Sistit primum *impotentia ad coitum*. Generationis itaque actum absolvere nequeunt. Patent ex antecedentibus caussae. Accedunt: herniae, corporisque nimia obesitas, impedimenta huic negotio certo respectu adversa. Est deinde *impotentia ad foecundum coitum*. Huic accedit denique vitium, quod tertium locum jure sibi vindicabit, cum non solum in humana rerum natura vere obveniat, sed plures eriam instar aliorum morborum differentias admittat. Absolvitur id *impotentia ad producendam sobolem sanam*. Ego certe morbum non noverim, quem eodem jure epidemicum dicere posses. Nullus vero tam abjecto erit animo, vt dicta potentia omni humano generi curae cordique habendum morbum vere absolvit, negare audeat. Neminem facile de hac imbecillitate querentem audis, (hoc facile largior) an vero ideo negligendi sunt morbi, quod, qui de illis queratur, neminem habeamus? Nonne gravissimae sunt aegritudines nervorum, in quibus bene tamen se habere aegrotantes respondent? Miseri non sentiunt sua malitia, et ita maxime gravia habeo.

C

§. XX.

Hujus vel ad sobolem, vel ad sanam sobolem impotentiae caussas, nunc enumerandi occasio veniret. Siquidem vero hoc loco illas inquirerem, in epo ut mihi videtur, ponerem. Praemittenda veniunt brevissime vitia, quae in feminis ad generationem requisita, earumque igitur partium genitalium conditions male afficiant. In describendis enim laudatae impotentiae caussis ad utrumque sexum respi ciendum est. Ordinem dictum ipsa rei postulat natura. Nec patrem nec matrem suam impotentiam accusare saepe audies, provocat ille ad conjugis, haec ad mariti plerumque impotentiam, eamque sanari cupiunt.

§. XXI.

Agenesia in feminis rara. Obveniunt tamen saepe, quibus Agenesiam spuriam induci diximus, caussae similes. (§. VIII.) Veram causantur: defectus vteri, f) sanguinis inertia, insensilitas, praeprimis topica. Vitium contra ex adverso huic respondens facilius quam in viris insaniam accedit, nymphomaniam dictam, sive furem vterinum.

Vrgens

f) Quis fidem haberet *omnibus*, de deficiente, nec non de feliciter exciso vtero observationibus recentiorum? Sunt tamen rara utriusque exempla. Habent v. g. Morgagni, Lusitanus, Haller, Klingkofch. Conferatur Engel diff. de vtero deficiente. Königsberg 1781.

Vrgens vero minori gradu, nimiam tamen facit cœundi appetentiam, et denegata omni quae huic satisfaciat occasione, stupiditatem aliosve mentis et nervorum morbos simulare valet. Nisi me omnia omnino fallant, vere *ideo* virginem nobili gente natam, mentis minus competem, ac mira ejus hebetudine laborantem habitam fuisse observavi. Neque omnino desunt hac de re aliorum observata; virgines, evincunt, post nuptias ut dicunt, corpore et animo totas esse conversas. Hoc tritum in vita communii proverbium, simili quandoque nititur fundamento. Ecquidem bene intelligo, et ob alias, quae circumstant conditiones, nuptias posse animi lucernam incendere, minime tamen negaverim, etiam dicto vel clarius dicens modo vere quandoque agere, ut videantur nunc ideo mente et ratione plus valere, quibus olim hebetudinem adscriperant. Hinc itaque propter magis obscura nervorum et mentis virtutia, inde profecta, diagnosis mali curabis, cum furoris uterini, satis manifesti hujus rei effectus, per se pateat diagnosis. Ut vero illa intelligas, non solum medica sed et alia opus est eruditione, circa humanae mentis ejusve pathematum notitiam versante. Partium genitalium insolita irritamenta caussam hujus mali, cui diversi competit gradus, proximam fistunt. Ansam ideo præbent: excretiones turbatae, exemplo mensium, haemorrhoidum, fluoris albi; irritamenta externa intus delata; vermes; acrimoniae partes internas stimulantes variae; status partium leviter inflammatorius quacunque caussa enatus. Faver irritabilitas nimia. (de ceteris vid. §. X. et XI.) Inde vero,



vero, quae criticae excretiones evenire potuerint,
patet.

§. XXII.

Arte justo citius provocatam puellarum libidinem supra jam paucis commemoravi (§. XIII.) Animi certe ingrata commotione Lectorem honestum affici sentio, siquidem hanc matrum gentis nostrae quarundam consuetudinem animo pervoluat. Interponamus majorum pauca exempla, vt mox habeat quo iterum delectari, immo (fuerunt germani) gloriari jure queat. Describit Cleffel (antiqu. German. C. IV. §. 7. p. 162.) *Gynaeconitin.* Solebant ibi virgines se continere, vt a societate et communione hominum consortio remotae atque a procorum violentia tutae essent. Hanc ob causam, firmiter munitionis illud erat, atque fortiter obstructum, ne liber aditus procis patret. Vallo munitum *Gymnaeconitinum* clavile ex *Saxone* (histor. Dan.) videmus. Addebat interdum bestias immanes quae ad fores gynaecii religatae erant. Alvildae conclave custodiabant viperas et angues. (eodem teste Saxone histor. Dan. l. VII. p. 127.) Quia autem nec hac ratione pudicitiae virginum omni ex parte consultum erat, cum saepe athletae, remotis omnibus impedimentis effractisque repagulis, nihilominus ad illas irruperint, easque viciarint, hinc custodes iis quoque adponebant. Erant mares vel feminae; praesertim autem adhibitae ancillae; eunuchi enim, quas Graecia et Roma magui aetimavit, Germanis ignoti fuerunt.

Horum

Horum conditio adeo exosa fuit, vt eunuchisatio pro summo scelere habita fuerit. (in codice leg. Island tit. Mannhelgi c. 2.) Consensit regia virgo (narrante Joann. Magn. in histor. Goth. Holm. 1617.) in juvenem genere et operum claritate conspicuum, at *mater* virginis ipsam acrioribus verbis objurgando, a virili confortio deterruit, adfirmans: nimis turpe et probrosum esse, aliquam virginem tam facile in viri amplexum elitis pudicitiae nervis consentire, eoque facto, a *praeclaris priscarum virginum moribus*, quibus semper plus pudicitia quam vita placuit, degenerare. Quibus convitius filia a matre affecta coepit non modo juvenem, quamvis forma, genere, virtutibus clarissimum, verum etiam omnes viros pertinaci castitatis proposito aversari. — Abstinendum vero potius mox erit (ne hujus deinde rei amore ductus nimis longus sim,) a communicandis, quibus historia superbit, similibus majorum nostrorum castitatis, atque matrum in educando diligentiae testimoniiis. Acquiescat *in his*, cui nostra taedium movent.

§. XXIII.

De pollutionibus in viris dixi. (§. XVIII.) Similem affectionem feminis contingere, certum est. Sinus et glandulae mucosae coitus tempore vi quadam liquorem suum dimittrunt. Praefstant haec; irritamenta, ideae venereae, congestio, ficta venus, (quod detestandum malum, multa inficit utriusque sexus subjecta, et nostro potissimum aevo fere inva-



invaluit) etc. In libidinosis itaque, data congrua occasione, simile quid pollutioni contingit. Neque amplius, similem caussam occasionalem, volo manutuprationem, ansam quandoque praebere, dubitari poterit; quamvis acriter ante aliquot annos hac de re in utramque partem disputaverint. Mala nervorum itidem producit, in sexu sequiori. Haber etiam de convulsionibus, simili venere obortis, exemplum Jan. Iren. Soliscus. Anthelminticis aliisve remediis morbum tentaverant, vidit deinde ipse dictus auctor mali caussam, inquiens:

Jam quarto quintove die cognoscimus, ipsam aegram esse autorem morbi. Quae nocte dieque illam curet, adest lasciva salaxque puella. Nos, quoties visum matronae ad recta venimus, ambas conspicimus iusto ferventius inter se amplectentes, insuetaque basia dantes sub quibus alterius linguam altera vibrat in ore, errantes animas labiis fugentibus, atque mammarum niveos dextris pressantibus orbes etc.

(vid. laud. Au&t. Carm. de medico ignorata morbi caussa male curante. Tübing. 1784.)

§. XXIV.

Sunt denique multa eaque cognita mala, quae partes genitales sexus sequioris afficiendo, vel coitum dol-

dolorificum reddunt, vel omnino impediunt, vel generationi obstant. Haec vero omnia ita manifesta ratione praeflant, ut de singulis monere omnino superfluum habeam. Pertinent itaque huc: Atresia (Vid. diss. de Atretis auct. Wedel 1709, auct. Vigelio praef. Müller 1761. Gieff.) angustia vaginae nimia (ab enormi clitoride, polypis aliisve tumoribus, vteri prolapsu, herniis, forditibus, fibrarum rigiditate, emollientibus et successive dilatantibus superanda); vitium oppositum; vaginae brevitas et longitudo nimia; (vitia relativa) defectus hujus illiusve partis (vteri, ovulorum, ovarii,) denique obstructio, scirrhi, tumores, ulcera, hydrops, fistulae impri- misque vesicae vrinariae et ani; gonorrhoea, fluor albus non venereus; calculi, vermes; partium mon- strofitas.

§. XXV.

Redeamus ad illam, cuius caussa haec omnia dicta sunt, laesam generandi potentiam. (§. XIX.) Jam enim plurimae caussae *impotentiae ad foecundum coitum vel ad producendam solum sanam* dictis eruuntur facile. Addere vero paucas liceat, forte non negligendas. Omnes referrem:

i. *ad caussas topicas manifestas.* Illas volo, quarum, si animo illas pervolvas, luce clarius tibi eluet agendi ratio. Pertinent huc plus simplici vice observatus defectus ovulorum, ova-

2.

ovarii; tubarum obstructio; (cr. *Walter* de
morb. perit. et apoplex. 1785. Nemo tamen
dictum defectum vel obstructionem in sola
alterutra Corporis parte praesentem, absolu-
tam haberet sterilitatis caussam) aliaque bene
multa, omnia tamen facilissime e dictis perenda.
Cedit haec prima caussarum classis plerumque
in feminas, siquidem quæstio oboriatur; an
conjugis vel mariti impotentia accusanda ve-
niat? Sensibus enim sese subducunt partes ge-
nitales internæ in sexu sequiori; impotentiae
vero virilis caussæ, ad hanc classem referendæ,
saepius sensibus patent.

- 2. ad morbos sexus sequioris, magis obscura ra-**
tione generationi adversos. Pertinet huc:
 a) *fluxus menstruus morbosus.* Argumentum
 pteres ex observationibus, quibus plures
 evictum est, mensibus in integrum restitutis,
 peperisse feminam, olim diu pro sterili habi-
 tam. Accedit aliud argumentum, quo qui-
 dem constat, mox etiam ad conceptionem pro-
 nata fuisse, quibus mox menses comparuerunt
 v. g. anno aetatis nono. (v. Blumenbach me-
 dic. Biblioth. St. II. in fine.) Hinc itaque
 medicus sterilitatis caussas inquirens, eorum
 praecipue memor sit, quæ mensium fluxum
 vario modo perturbant. b) *Actio fimbriarum*
morbosa. Actio, ut videtur, in hoc negotio no-
 tatu dignissima, obscura, ulteriore physio-
 logo-

de
nen
fola
olu
ene
da,
que
an
ve
ge
iae
ae,
ist
c:
m
es
s,
i-
p-
t-
e
n
1
logorum indagationem postulans. Nititur forte irritabilitate, et *bujus* itaque vitia cognita causas absolvunt *huc spectantes remotores*. *Huic ferendo judicio quaedam caussae remotores favere videntur* (v. n. 3.) c) *Aegritudo matris in genere; praeprimis bacceditariae aegritudines; quorundam plurimas certo respectu referendas esse existimarem.* (Rationem vero *hujus tertiae caussae mox dicenda suppeditabunt*)

3. ad ipsum respendum esse puto modum, quo coitum solent celebrare. Huc primum, nemine repugnante, quaedam referenda sunt manifesta vitia, nec non scelera v. g. onanismus; (vulgo enim admissam hujus vocis significacionem veram non esse, constat. Vid. Michaelis Mosaisch. R. P. II. §. 98.) penis directio et penetratio perversa (Theden. neue Bemerk. 1. B.) aliaque. Idem vero deinde subtiliores quaedam conditiones forte praestabunt. An voluptatis cuiusdam gradus, et simultaneae in vitroque sexu humorum evacuationis defectus? Ego certe putarem, fretus quod dicam argumento. Actio fimbriarum, maxime ad foecundum coitum necessaria, tempore, quo voluptatis acutissimus et maximus sensus est, erit vividissima. Hoc tempore evacuationes contingunt. Quomodo itaque effectus idem omnino esse posset, siquidem seminis evacuationem vel hoc temporo-

ris

ris momentum praecedere, vel sequi, vel de-
nique eodem tempore contingere ponas? De-
ficiente vero congruo voluptatis gradu, par-
tium internarum in sexu sequiori turgescentia,
nec non fimbriarum actio minus erit vivida,
minus permanens, atque semenis functioni re-
spondens. Siquidem ad haec duo momenta re-
spicias, dici vix potest, quantam remotioribus
multis caussis lucem affundas. Videntur gene-
rationi vix posse obstare; tamen obstare exper-
ientia probat; dicta vero, quomodo obstant,
illustrant. Pertinent huc: ejaculatorio semenis
praecox, actus nimis brevis aut longus; par-
tium in utroque sexu genitalium fabrica minus
sibi invicem respondens, g) animorum quaedam
dissimilitudo; satietas (itineris, ideo inter
alias rationes multum saepè valentis, exemplo)
denique coitus nimis frequenter celebratus.
Hoc certe ultimum momentum praeprimis te-
nendum est; scopo adversum est non ex una,
sed varia caussa. Hinc (quamvis et aliae cauf-
fae

g) Nonne et hoc argumentum medicum in auxilium vocare
posset, vt venerem legitimam, volo monogamam, defen-
dere, vagam damnam queas? Certe, cum veneri vagae
multi indulgent, unum impedimentum obiciunt voluptati
omnium, hinc generationi in genere; hinc naturae institu-
to. Est enim secundum naturam omnibus vaginalis natura-
lis angustia, quam sibi unus vir accommodabit, non vero
ita pluribus, quin gradus voluptatis, hinc foecundi coitus
una caussa e medio simul tollatur.

sae saepe praefto sint) mulierum, mercenariae
stirpis, famosa sterilitas.

4to denique loco ponenda est *seminis* inertia.
Quo vero momento haec absolvitur? Quam
alii non habent, nec ego habeo responsum omnino perfectam; id ipsum quid sit, quod generationi aptum semen perficiat, probantem. (v. §. VI.) Praeter alia vero cognita signa optimi in hunc usum feminis (v. g. circa cohaesione ejusve odorem) aliud utilissimum commendarem, quamvis cognitu et investigatu istis multo adhuc sit facilius. Primum itaque concedendum mihi erit, quod physiologorum vix illius negabit: secretionem feminis optimi (ad producendam sobolem sanam ab ipsa natura ita elaborati, ut ad ejus evacuationem ipsa sola natura hominem certe invitatura sit) nunquam in homine fieri, nisi sibi ipsi omni omnino respectu bene prospexerit natura. Optime vigente reliqua sanitate *hoc* tandem negotium natura molitur; partem quasi sanitatis abundantem in hunc usum detrahit, convertit, sibi sumit, *optimum* semen perficit. Est itaque optimi feminis secretio ultimum quasi luxuriantis naturae negotium. (Mutandis mutatis, simile quid forte jure enunciare de actione fimbriarum, liquore ovuli etc.) Hinc igitur feminis vel inertiae, vel ad producendam sanam sobolem ineptitudinis signum, omnis fere fistit

cor-



corporis aegritudo. Qui vero his fidem dene-
garet, is (valde precor) modo perpendat:
non omnem libidinem a sola natura sed arte,
quamvis obscura saepe ratione, profici; so-
bolem deinde, quam coitu obtineri quotidie vi-
demus, de foecundo quidem praegresso coitu,
simul vero de arte humana saepissime testari,
naturae magno circa evoluendum humanum gen-
nus versanti instituto adversa, atque misera sua
additamenta pro naturalibus venditante.

ene-
dat:
erre,
fo-
vi-
itu,
ari,
ge-
sua

Halle, Diss., 1782/85

ULB Halle
002 169 606

3



5b



18

DISSESSATIO IN AVGVRALIS MEDICA
SISTENS :
ANIMADVERSIONES
CIRCA 1785 3.
FVNCTIONES SEXVALES
EARVMQVE MORBOS,

QVAM
AVCTORITATE ET CONSENSV
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE
D. PHIL. ADOLPH. BOEHMERO,
FACVLTATIS MEDICAE SENIORE
ET h. t. DECANO. &c.

DIE XV. OCTOBR. MDCCCLXXXV.
H. L. Q. C.

DEFENDET
JOANNES CHRISTIANVS OELTZE
MAGDEBURGICVS.

HALAE,
TYPIS VIDVAE CVRTIL.